XIII

Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo. primo. Indictione. decima. Die sabati secundo exeunte decembri. In Cremona.
Presentia Magistri Gerardi paticuli. Et Petri sapientis. Et Medii lumbardi de Casalebigono. Et Bertholomei de Casamala. atque Grifi
fr[…] est. Rogatorum. Cum Salandus de Stephanis. Et Albertus de Albericis sindici canonice maioris ecclesie. nomine ipsius canonice et una
p[…] Iohannes Vilanus de Stagnatis consul et sindicus vicinie burgi sancti Stephani nomine ipsius vicinie. Et Ugo. et Andreas fratres de Sicca. Et Nicola
be[…] et herede Petri quondam Matingrogni ex alia. Compromisissent se in dominum Manglapanem de Regio tamquam in arbitrum seu arbitra-
torem [et] amicabilem inter eos compositorem. pena ipsi arbitratori et inter eos viginti quinque librarum promissa. De lite et discordia quam simul habebant
vel habere poterant occasione stalorum et bancorum seu platee que est inter domos ipsius canonice. et domos episcopii Cremone post maiorem ecclesiam
dicendo dicti [sindici et] sindicus predicte vicinie. vicinos eiusdem vicinie usos fore. et locasse longo et longevo tempore. Et ipsos Ugonem et Andream.
et Nicolam. et dictum quondam Petrum Matingrognum conduxisse aliquibus dam de dicta vicinia pro ipsa vicinia. licet illi principaliter promisissent. et se-
ius habere in predicto loco habendi et tenendi banca seu locandi. Ex adverso autem isti sindici canonice asserebant dictam plateam totam inter domos
canonice et domos episcopii et dictam ecclesiam fore cimiterium. et ad ipsam ecclesiam pertinere. et expeditam remanere debere de bancis. et aliis
impedimentis. nec ipsos vicinos vel predictos conductores ius aliquod habere. Ideoque dictus dominus Manglapanus arbitrator seu amicabilis
compositor inter predictos. partibus presentibus dixit. laudavit. sententiavit. precepit. seu arbitratus fuit. quod ipsi Iohannes sindicus pro ipsa vicinia. Et
Ugo et Andreas et Nicola pro se et herede isti quondam Petri Matingrogni expediant et tollant banca et sextoria et omnia alia impedimenta
que ibi habent et tenent. vel per eis vel aliquo eorum habentur et tenentur. modo aliquo vel ingenio. ceteris usque ad [...]. sub pena adiecta in compro-
misso. Ita quod iste partes perpetuo istam plateam seu locum inter predictas domos et ecclesiam et [...] teneant expeditam et nullum impedimentum
[...]. seu affictamentum vel locationem aliquam. Sed ipsa platea seu locus sit pro cimiterio ecclesie ad honorem dei et pro mortuis ibidem sepel-
liendis. et ad utilitatem publicam hominum Cremone. eundi et redeundi libere sine aliquo obstaculo vel impedimento. salvo iure [...] sifor[um]
a porticu custodum et a finibus tiburine ecclesie ipsius sero usque ad [...]. in diebus sabbatinis et in festivitatibus nativitatis et pasce prout
fieri consuevit. Item precepit isto sindico vicinorum nomine ipsorum vicinorum. et ipsis vicinis. Et ipsis sindicis canonicorum. nomine canonicorum.
et ipsis canonicis. ut expellant de ipsis confinibus omnes et singulos tenentes et habentes banca seu discos. vel alia lignorum edifficia contra istam
formam. Precepit insuper sententiavit et arbitratus fuit. quod isti sindici canonicorum. nomine ipsorum canonicorum. et ipsi canonici presentent et conce-
dant. usque ad octo dies ipsis Andree et Ugoni et Nicole pro se et herede isti quondam Petri. quattuor loca competentia et expedita ad quattuor
banca. apud murum canonice sub stadiolo camere domini archidiaconi ad carnes vendendas usque ad septem annos proximos sine aliqua
mercede et pensione. et si sub ipso stadiolo stare non possent ipsa banca. extendantur ultra iuxta dictum murum in tantum quod congrue sta-
re possint pro concambio illorum quattuor bancorum et locorum que conduxerint a vicinis predicte vicinie. Et si infra predictos octo dies
non presentaverint et concesserint predicta loca sic expedita. infra alios octo dies teneantur et debeant eis dare octo libras ad [...]. Et
salvo quod si ipsi sindici canonicorum pro ipsis canonicis et ipsi canonici elegerent presentare ista loca et non pecuniam predictam. possint
ipsi Andreas et Ugo. et Nicola et heres predicti Petri singulis diebus sabbatinis apportare quattuor discos longitudinis bancorum
beccarie in predicta platea ad carnes vendendas. Et eodem die sabati quo predictos discos portaverint. teneantur ipsos discos au-
ferre et reportare et nullis aliis diebus apportare. Et hoc liceat eis usque ad dictos septem annos completos et non ultra. Et si
dicti canonici elegerint dare istas octo libras. nullo modo liceat eis habere dictos discos nec banca. Et predicta omnia et quolibet
predictorum dixit. laudavit. sententiavit pronuntiavit. precepit et arbitratus fuit. sub pena et in pena adiecta in compromisso in quolibet
et capitulo.

Ego Lanfrancus de Stradivertis notarius sacri palatii interfui et hanc cartam. Rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 3(13)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1756247048-10/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1756247048-10/fragment/page=0002

XIII.

XIII

Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo. Indictione decima. Die sabbati secundo exeunte decembri. In Cremona. Presentia magistri Berardi paticuli. Et Petri sapientis. Et Medii lumbardi de castalsigono. Et Bertholomei de Casamala. atque Grifi fre[...] testes rogatorum. Cum Salandus de Stephanis. Et Albertus de Albericis sindici canonice maioris ecclesie. nomine ipsius canonice ex una p[arte ...] Johannes Vilanus de Stagnatis consul et sindicus vicinie burgi sancti Stephani nomine ipsius vicinie. Et Ugo. et Andreas fratres de Sicti. Et Nicola be[...] et herede Petri quondam Mazingrogni ex alia. compromisissent se in dominum Manglapane de Regio tamquam in arbitrum seu arbitratorem et amicabilem inter eos compositorem. pena ipsi arbitratori et inter eos viginti quinque librarum promissa. De lite et discordia quam simul habebant vel habere poterant occasione stalorum et bancorum seu platee que est inter domos ipsius canonice. et domos episcopatus Cremone post maiorem ecclesiam dicendo dictus [...] sindicus predicte vicinie. vicinos eiusdem vicinie usos fore. et locasse longo et longevo tempore. Et ipsos Ugonem et Andream. et Nicolam. et dictum quondam Petrum Mazingrognum conduxisse aliquibus diebus de dicta vicinia pro ipsa vicinia. licet illi principaliter promisisset. et se ius habere in predicto loco tenendi et retinendi banca seu locandi. Ex adverso autem isti sindici canonice asserebant dictam plateam totam inter domos canonice et domos episcopatus et dictam ecclesiam fore cimiterium. et ad ipsam ecclesiam pertinere. et expeditam remanere debere de banchis. et aliis impedimentis. nec ipsos vicinos vel predictos conductores ius aliquod habere. Ideoque dictus dominus Manglapanis arbitrator seu amicabilis compositor inter predictos. partibus presentibus; dixit. laudavit. finivit. precepit. seu arbitratus fuit. quod ipsi Johannes sindicus pro ipsa vicinia. Et Ugo et Andreas et Nicola pro se et herede isti quondam Petri Mazingrogni expediant et tollant banca et sextoria et omnia alia impedimenta que ibi habent et tenent. vel per eos vel aliquo eorum habentur et tenentur. modo aliquo vel ingenio. cras usque ad terciam. sub pena adiecta in compromisso. Ita quod iste partes perpetuo istam plateam seu locum inter predictas domos et ecclesiam et statim teneant expeditam et nullum impedimentum patiatur. seu affictamentum vel locatione aliqua. sed ipsa platea seu locus sit pro cimiterio ecclesie ad honorem dei et pro mortuis ibidem sepeliendis. et ad utilitatem publicam hominum Cremone. eundi et redeundi libere sine aliquo obstaculo vel impedimento. salvo iure mercati sutorum a porticu custodum et a finibus tribune ecclesie eiusdem sancto usque ad regas. in diebus sabbatinis et in festivitatibus nativitatis et pasce prout fieri consuevit. Item precepit isto sindico vicinorum nomine ipsorum vicinorum. et ipsis vicinis. Et ipsis sindicis canonicorum. nomine canonicorum. et ipsis canonicis. ut expellant de ipsis confinibus omnes et singulos tenentes et habentes banca seu descos. vel alia lignorum edificia contra istam formam. Precepit insuper finivit et arbitratus fuit. quod isti sindici canonicorum. nomine ipsorum canonicorum. et ipsi canonici prestent et concedant. usque ad octo dies ipsis Andree et Ugoni et Nicole pro se et herede isti quondam Petri. quattuor loca competentia et expedita ad quattuor banca. apud murum canonice sub stadiolo camere domini archidiaconi ad carnes vendendas usque ad septem annos proximos sine aliqua mercede et pensione. et si sub ipso stadiolo stare non possent ipsa banca. extendantur ultra iuxta dictum murum in tantum quod congrue stare possint pro concambio illorum quattuor bancorum et locorum que conduxerant a vicinis predicte vicinie. Et si infra predictos octo dies non prestiterint et concesserint predicta loca sic expedita. infra alios octo dies teneantur et debeant eis dare octo libras ad int. imperialium. Eo salvo quod si ipsi sindici canonicorum pro ipsis canonicis et ipsi canonici elegerint prestare ista loca et non pecuniam predictam. possint ipsi Andreas et Ugo. et Nicola et heres predicti Petri singulis diebus sabbatinis apportare quattuor descos longitudinis bancorum becarie in predicta platea ad carnes vendendas. Et eodem die sabbati quo predictos descos portaverint. teneantur ipsos descos auferre et reportare. et nullis aliis diebus apportare. Et hoc liceat eis usque ad dictos septem annos completos et non ultra. Et si dicti canonici elegerint dare istas octo libras nullo modo liceat eis habere dictos descos nec banca. Et predicta omnia et singula predictorum dixit. laudavit. finivit pronuntiavit. precepit et arbitratus fuit. sub pena et imperio adiecta in compromisso in quolibet capitulo.

Ego Lanfrancus de Straduitis notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 3 (13)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1756247048-10/fragment/page=0003